

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Seruitus d
cum uariis

O extrema condicio seruitutis! Natura liberos genuit sed fortuna seruos constituit; seruus cogitur pati et nemo sinitur compati; dolere compellitur et nemo condolere permittitur. Sic ipse uero seruus est ut nemo sit sibi, miserique castra sequuntur quia miserum est aliena uiuere quadra.

Innocencius de uilitate conditionis humane.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

miserique] miserisque P V¹, miseri qui V² L¹ L²; quia] et P V¹ V² L¹ L²; quadra] quadam (*cor. intra*) M; uilitate] utilitate V¹